HOMILIARIUM
11. Jh. Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uerbi· ne addamnationē suā de ecclā stipendiū sumat alimēti·
Tunc enī de terra nr̄a cū peccunia fructus comedimus· quan
do sumentes eclesiastica subsidia inp̄dicatione laboramus. Pre
cones namq; uenturi iudicis sumus· Quis ḡ uenturū iudicē
nuntiet· si p̄co tacet· Pro inde considerandū nob̄ est· ut inquan
tū ualet quisq; inquantū sufficit· et terrorē uenturi iudi
cis· et dulcedinē regni suscepte ecclē insinuare contendat·
Et q̄a una eadēq; exortationis uoce n̄ sufficit simul cunctos
ammonere· debet singulos inquantū ualet instruere· priua
tis locutionib̄ edificare· exhortatione simplici fructū in filiorū
suorū cordibus querere· Debemus namq; pensare continue qd̄
ad aplos dr̄· et paplos nobis· Vos estis sal terre· Si ḡ sal sumus·
condire mentes fideliū debemus· Vos igit̄ q̄ pastores estis· pen
sate q̄a dī animalia pascitis· De quibus ꝓfecto animalibus dō
ꝑ psalmistam dr̄· Animalia tua inhabitabunt in ea· Et sepe ui
demus qd̄ petra salis brutis animalibus ponit̄· ut eandē salis
petrā lābere debeant et meliorari· Quasi ergo int̄ bruta anima
lia petra salis ēē debet sacerdos in populis· Curare namq;
sacerdoti necesse est que singulis dicat· unū quēq; qualit̄
moneat· ut q̄squis sacerdoti iungit̄· quasi ex salis tactu eter
ne uite sapore condiat̄· Sal etenī terre n̄ sumus· si corda
audientiū non c̄dimus· Quod ꝓfecto condimentū ille uera
cit̄ ꝓximo impendit· q̄ p̄dicationis uerbū non subtrahit·
Sed tunc uere alius recta p̄dicamus· si dicta rebus ostendi
mus· si nos ipsi diuino amore conpungimur· et humane uite
que sine culpa transiri nequaquā potest cottidianis macu
las lacrimis lauamus· Tunc aut̄ de nobis uere c̄pungimur